



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Vers. 11.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

*Non nascier prestat homini, quam nascier.
Dei filios acerbis cum doloribus
Enitor, enixa at stultos si pepererim,
Afflictor improbos videns, cum nil iuuet,
Rursusque si perdam bonos, salui at sient
Mibi misellum cor timore loquitur.
Quid vero hoc boni? non sufficit vnam
Perdere animam, nisi te afflictes amplius.*

Cum igitur tam multa in matrimonio occurrunt, quæ libertatem Spiritus impediunt, recte omnino Apostoli colligunt. Non expedire nubere, si illa vincula perpetua sint. Nec hoc mirum illos sensisse cum profani etiam scriptores, & philosophi sæpe ea de re idem senserint.

VERSUS II.

*Qui dixit illis, non omnes capiunt
verbum hoc.*

QUESTIO I.

*Cur dicat non omnes capiunt ver-
bum hoc?*

§. 1. *Non omnes capaces sunt istius sermonis, sci-*
licet ut iudicent, non expedire uxorem du-
cere, propter incidentes in coniugio difficultates,
seruiendique Deo impedimenta. Quæ omnia pro-
lixè exponit Paulus. 1. Cor. 7. Etego in Commenta-
rio in eadem Epistolâ, *Capiunt*, de intelligentia, nō
de dono castitatis accipiunt aliqui. Plerique tamen
de dono castitatis. Quidam hoc donum omnino
esse negant, qui vsum coniugij necessarium, ut ci-
bum & potum arbitrantur. Hi multas nuptias con-
cedunt, ut statuta ciuitatis Gebennæ, absente ma-
rito, certo tempore indulgent nuptias. Alij donum
esse naturale, alij supernaturale, quod verum est:
non enim hic de illis agitur, qui corporis defectu a-
ui sunt, & ἀσχημοί.

*Omnes
possunt ca-
pere.*

§. 2. Quod Dominus adiungit, qui potest cape-
re, non indicat quibusdam incontinentiam
esse impossibilem, sed hortatio est ad castitatem, ut
qui possunt sibi imperare, & voluptates fugere, id
faciant diuino adiutorio instructi. *Non omnes capiunt
verbum hoc.* Augustinus ait Christum concedere, ve-
rum est quod dicitis, quia si talis est causa cum uxore,
non expedit ducere. Enarrat. in Ps. 103.

§. 3. Græce dicitur χωρεῖν, quod de locorum ca-
pacitate dicitur. sensus est igitur quorundam eas ef-
se angustias pectoris, ut capere tam ingens bonum,
non velint, nec possint, nisi corde per gratiam dilata-
to. In animam enim angustam hoc donum admittere
nequeunt. Si autem sese delectarint, si Deum ro-
garint, poterunt & illi, qui capere se posse ne-
gant.

*Liber est
calibatus.*

§. 4. Eadem mente intelligendum est, quod
Dominus pronunciat. qui potest capere capiat, non e-
nim legem conscientie dicit, sed consilium dat, &
præmio inuitat. Qui pugnare potest pugnet, & tri-
umphet. Theophyl. non cogit virginem esse Dominus, ne-
que nuptias destruit, sed virginitatem præponit. Et Hie-
ronym. lib. 1. contra Iovinianum. Proponit ἀγών-
ος premium inuitat ad cursum: tenet in manu virgi-
nitatis brauium, ostendit purissimum fontem: & clamat
qui sitit veniat & bibat: qui potest capere capiat. Non dicit
velis nolit, bibendum vobis est, atque currendum: sed qui
voluerit, qui potuerit currere atque potare, ille vincet, ille sal-

uabitur. Maior enim res est, quam quæ inuitis imperare de-
beat voluntariam deuotionem postulat.

§. 5. Obijcit Beza, Non esse in nobis positum, nec in
fide peti posse: nisi quis fortasse peculiarem habuerit promissa-
nem. Itaque perpetua continentia votum, præter
quam quod est merè temeritatis, peccatum etiam est, quum
ex fide esse non possit: sicut etiam omni præ-
cepto & puræ Ecclesiæ exemplo caret. Vt ipsa tota
iam sæculi experientia comprobauit. Cum è contra-
rio coniugium omnibus qui vtuntur, nempe ut ad opus
iugium à Deo vocati præcipiatur.

Respondeo, mala quidem interpretatio est, sed
peior tamen, quam verbis præ se ferat, si enim temerari-
um est & peccatum, quia sine fide, hoc est, reuol-
lutione, pari ratione omnia vota, imò fœderata temerari-
aria cum nesciat, quamdiu possit præstare. 1. ne ad
diem quidem vouere licebit: quid enim si eadem die
vretur? 2. Nemo sacerdotium in veteri testamento
suscipere, fieri Nazareus &c. sine peculiari promissa-
sione posset. De primiciæ Ecclesiæ exemplis, nihil
opus est dicere. Vide 1. Cor. 7. Quid vero omnibus
præcipi coniugium & quam cito præcipitur? nempe
ut malo virginitati subueniatur. Itaque mox ut quis vir-
tur, nubendum, & maritis sit illa lex posita, nec diem
abesse licitum. Quid hoc aliud est, quam licentiam
libidini aperire? Eodem modo Piscator, Nesciam, quid
quid, quamdiu continentiam sint habituri. Quæ res
tio si vim habet aliquam, multa negotia in vita im-
pediat necesse est, cui enim vxor ægra est, qui in via
est nescit, quamdiu continentiam sit habiturus. Ro-
gandus Deus, qui dabit vires reprimendæ honestis
studij, carnis luxuriæ. Caluinus in Harmonia Deum
pronunciavit bonum, ut viro iuncta sit vxor, errare eos qui
eximunt cælesti vocatione. non enim omnibus data con-
tinentia.

Respondeo. Donum Dei esse continentiam, ca-
stitatem, non ideo tamen à voto eius nos arceri. Do-
na enim Dei sunt fides, spes, charitas, iustitia, fides
coniugalis, castitas matrimonij. Non tamen idcirco
virtutes illæ, non possunt capi: nolentibus enim non
dantur, & qui illis carent donis, sponte sua priuantur,
possunt capere, si voluntas sit capiendi.

§. 6. Verum domi suæ adue sarios conueniam
Matrimonium illi contrahunt, qui dono castitatis
se carere profitentur, sunt inter eos matrimonia, sunt
& adulteria, unde adulteria? Respondent eos qui
mœchantur, donum castitatis coniugalis non habere:
si enim illo dono essent præditi, alieni toti non ef-
ficerent in se. An igitur donum illud habere non
possunt? An adulteria excusabunt? quia contra illa
armati non fuerunt? Absit, donum enim continen-
tiæ & fidei coniugalis habere poterant, nisi libidinibus
agitati, illud vel capere noluerunt, vel accipere
excusare voluerunt. Incerti sunt utique in
tanta turba labentium, an donum castitatis coniugalis
habeant, an semper habituri sunt, quomodo igitur
fœdus sacrum inire, fidem polliceri coniugi-
bus audent: de dono suo incerti? Incerti enim illi
sunt qui labuntur. Incerti & illi, qui labi possunt.
Respondere hic sine dubio oportet. Sperare se di-
uina gratia & custodia munitos, contra tentationes
carnis firmos & inuictos fore. Donum Dei est,
& rarum inter suos torum immaculatum & coniu-
gium sanctum, sed de Dei tamen misericordia bene
sperare. Hæc eadem maiore animo fiduciaque re-
spondent cœlibes, nam cum arduam & laboriosam
castitatē amore Creatoris amplexi sint eius consilio
obsecuti largiorem etiā Dei manum, & ad sui defen-
sionem promptiorem sperare licebit. Mihi vero etiā
aduersarij impudenter sua crimina fœtenti acculandi
castitate

castitate videntur. Matrimonia ineunt, quod castitatis se dono carere asserant. Id experientia discunt, post experientiam dum ambitur sponsa, dum parantur nuptiæ, dum inter dum annus vnus aut alter trahitur, quid agant illi quibus necessarius est concubitus, ipsi videntur, suspicari enim est aliorum. Nec de illis loquitur, aut viris aut feminis, qui *per adulterium*, ad matrimonium veniunt. Tantum eorum illis argumentum repono, si vultere castitatem, est temerarium, quod incertum sit Dei donum; non possunt qui ita sentiunt inire coniugium, nam eius etiā seruandi donum est incertum. Deinde si vxoris morbo, inobedientia, discessione, aut negotiis impediatur, quo minus remedium concupiscentiæ teneant, cum dono castitatis careant, cum con. inire non possint, nec, vitā tamen coniugio, peccare tamen non debent. Non debent, inquam, frāna carni laxare, & si morbus coniugis sit diuturnus, etiā perpetuus, negotiā & absentia multorum annorum. Non quāro quid agant, sed quid agere illos par sit, qui continentiam sibi sentiunt esse impossibilibē, & remedio concupiscentiæ, quod in matrimonio est carent, quanquam nec hoc nūmūm ergo. Ille dico temerarium, in has difficultates sese conicere, idque pacto, & religioso promisso si temerarium est voto castitatis obstr. ngi. Verum nos Deus docuit, non modo diuinæ gratiæ adiutorio posse, sed etiam facile posse, & magno gaudio, & consolatione spiritali posse seruare castitatem. An illi quibus flagellorum contumeliæ gaudio erant cum molestiā abstinere voluntatibus, qui in tormentis super effluebant lætitiā: Qui vult capere verbum, petat: hoc consilium est Origenis. Et Chrysostomus homil. 63. Augustinus v. ro lib. de continentia in principio, non modo continentiam virginalem, quam maiorem & gloriosorem appellat, sed coniugalem etiam Dei donum nominat. Et quoniam ipsa quoque castitas coniugalis, nisi contineatur ab illicito concubitu non potest custodiri, vtrumque Apostolus donum Dei esse prædicauit, cum de vita vtraque, id est, & coniugali, & ea, quæ est sine coniugio loqueretur, dicens. Vellem omnes homines sic esse, sicut me ipsum, sed vnusquisque proprium donum habet à Deo, alius sic, alius autem sic; vtrique ergo vouent, quod à Domino accipiunt, non enim quisquam Domino quicquam re. de vouet, nisi à Domino acciperet.

§. 9. Caluinus S. Hierony. petulanter insectatur in Matrimonia. [Nam quia multis molestiis implicatū est Matrimonium] semper conatus est Satan, odio & infamia grauare, vt homines ab eo subduceret. Et Hieronymus n. mis luculentum, maligni peruersique ingenii specimen in eo edidit, quod non tantum calumnias exagitat sacrum illum, & diuinum vitæ ordinem, sed quasque potest ex profanis autoribus ledorias accumulat, quæ eius honestatem deformant.]

Respondeo. Graue atque indignum est, virum sanctum, toto orbe notum miraculis in vita, & post mortem clarum, ab apostata sic deformari. Qui si Hieronymum legere voluisset, mendacii sui multa testimonia facile accumulat. Maligni peruersique ingenii specimen dedisset? Aliud nobis omnis antiquitas testatur. Succesit Ariani Calumniatoribus Caluinus, & Ioviniano ipsi, qui ex eo quod Hieronymus virginatē nuptiis præferebat, crimen damnatarum nuptiarum imponebat. Quod Hieronymum matrimonium calumniari ipse fingit, antiqua & vèternosa est calumnia hæreticorum. Ipsi de matrimonio sententia peripicua est. Ipse de custodia Virg. ad Euseb. Epistol. 22. cap. 8. Dicat aliquis: Et aude nuptiis carere, quæ à Deo benedictæ sunt? Non est detrāhere nuptiis, cum illa virginitas anteferretur. Nemo malum bono Adami Con. en in Euang. Tom. I.

comparat. Glorietur & nuptiæ, cum à virginibus sint secunda. Et in caput 6. vbi laudat Gregorii expositionem de matrimonio Sacramento magno. Et Epist. ad Galatas 6. contra Tatianum disputat, qui vsum coniugii damnabat. In Epistol. ad Titum. cap. 2. indicat se ab hæreticis reprehendi, quod nuptias esse bonas doceat additque Apostolum, non sanctam coniunctionem, sed passionem, luxuriam & immunditiam reprehendere. Caluino acerbius est Vorstius in Tesseradecade antipist. p. 2. dum parum à blasphemā Hieronymum abesse dicit, quod sacerdotum coniugium opus carnis appelleret: at verissimè ille hoc facit. est enim sacrilegus concubitus, quo votum rite conceptum violatur. Sed S. Hieronymum, orbis Doctorem, defendit eius Apologia ad Pamachium cap. 1. T. 2. & c. 7.

VERSUS 12.

Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus, Deus: si autem vis ad vitam ingredi, serua mandata.

QUESTIO I.

Quot genera Eunuchorum Christus proponit?

§. 1. **E** Træxæ Græci ita à bene habendo appellant, est enim quadam libertas à carnis lasciuia, & tyrannide libidinis immunem esse, ac sobriamēte viuere. Est vero hoc nomen generale; Nam genera Eunuchorum qui natura tales sunt, plura sunt. Nam ex vtero matris varias ob causas sterilitas contrahitur. Variis etiam iniuriis virilitas tollitur. Sunt enim Thlatiæ, & Thlibiæ, sunt Castrati, sunt Spadones, de quibus sermo non est nobis. Syrus vocat *mechamene*, hoc est, fideles, Gynæceorum erant namque custodes, quocirca nonnulli *δὸς ἡ γυναικὸς*, quod cubacula teneant dictos putant. Epiphanius hæresi 50. *δὸς ἡ εὐνοῦχος*, quod beneuolus esset, & fidem seruare possit, illis enim credebantur vxores. Assyria olim Regi Persarum quingentos tributū loco offerebat; Quod crudele & infame munus morum corruptione ingentem significabat, apud Romanos infames erant Eunuchi, apud Asiaticos honorati. Plurimi fuerunt, Eutropio Eunuchō Consule, quod tamen pro ostento habuere Quirites:

*Omnia cesserunt Eunuchō Consule monstrā,
Cuius satellitium fuit,
Infelix ferro truncata iuuentus,
Atq. exēcta virum.*

Spadones à Spada Persarum pago vocati aiunt. Epiphanius. quia ille Valeus sit, unde originem habuerint, nesciri dicit, nomen Arabicum esse ait, cum Gnosticeis non sentire. Vtebantur etiam ad suam vesaniam illis verbis, si scandalizauerit te membrum, &c. Qui Valesii dicebantur, se & hospites castrabant. Quali vero non deferret Dominus libertati hominis id deferat bonum, cum dicit: *Qui potest capere, capiat.* Hoc est, si cui animus est, & seruor deuotionis, ad castitatis brauium contendat. *Seipso*, inquit Augustinus lib. de S. Virgin. cap. 24. *non corpore, sed in ipsa radice concupiscentiæ castrauerunt.* Radix autem voluntas, seu cor ipsū, vt sollicitum sit, quæ Dei sunt, non hominibus, sed Deo placere velit. Contra eosdem etiam Chrysostomus disputat, & in illa hæresi crudeli diaboli artes ostendit. Hoc enim serpens agebat, vt Manichæorum via recideret.

Hh